Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



pore hoc restituis regnum israel. Dixit autem eis. Non est
uestrum nosse tempora. uel momenta. quae pater posuit in sua po
testate. sed accipietis uirtutem superuenientis spiritus sancti in uos.
& eritis mihi testes in ierusalem. & in omni iudea. & samaria.
& usque ad ultimum terre. Et cum hec dixisset. uidentibus illis ele
uatus est. & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque in
tuerentur in celum euntem illum. & ecce duo uiri astiterunt
iuxta illos in uestibus albis. qui & dixerunt. Viri galilei. quid
statis aspicientes in celum. Hic ihs qui assumptus est a uo
bis in celum. sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem
in celum. Recumbentibus Secundum marcum In illo tem
pore. undecim discipulis. apparuit ihs & exprobrauit incre
dulitatem illorum. & duriciam cordis. quia his qui uiderant
eum resurrexisse non crediderunt. Et dixit eis. Euntes in
mundum uniuersum. predicate euangelium omni creature.
Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. qui uero non credi
derit condempnabitur. Signa autem eos qui crediderint. hec se
quentur. In nomine meo demonia eicient. linguis loquentur no
uis serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint. non eos no
cebit. Super egros manus imponent. & bene habebunt. Et
dominus quidem ihs postquam locutus eis assumptus est in celum.
& sedet a dextris dei. Illi autem profecti predicauerunt ubique. do
mino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis.
Amen. Estote prudentes Dominica post ascensionem per apth.
& uigilate in orationibus. ante omnia autem mutuam in uo
bis metipsis karitatem continuam habentes. quia caritas o
pertit multitudinem peccatorum. Hospitales inuicem sine mur
muratione. unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum il-